



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Exercitium Perfectionis, Et Virtutum Christianarum**

In tres Partes distinctum

**Rodríguez, Alonso**

**Coloniæ Agrippinæ, 1622**

Cap. XV. Qua ratione Missa audienda sit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40093**

CAPVT XV.

Qua ratione Missa audienda sit.

Videntur prædicta exigere, vt decla-  
remus, quomodo Missa audienda  
sit, & quid n. bis sub ea faciendum. Ideo  
de hęc tria dicemus, quæ tres erunt de  
uotiones, quæ sub Missa habendæ, &  
quæque earum magni momenti est, &  
omnes tres simul haberi possunt. Et non  
illas ex cerebro nostro eruemus, sed eo,  
quod docet sancta nostra mater Ecclesia,  
vt quilibet eas magni faciat, & eo loco  
habeat, quo oportet. Quod ad primam:  
præsupponendum Missam memoriam &  
repræsentationem passionis & mortis  
Christi esse, vt supra dictum. Voluit  
mundi Redemptor sanctum hoc sacrifi-  
cium passionis & amoris sui erga nos  
memoriam esse, non enim illum late-  
bat, quod eorum, quæ pro nobis pas-  
sus est, recordantibus memoria hæc in-  
cinamentum futurum erat ad illum aman-  
dum & inseruiendum, & non essemus  
similis alteri populo: *Qui obliuiscuntur*  
*Deum, qui saluauit eos, & eduxit eos ex*  
*Egypto.* Hincque bona fuerit deuotio  
in Missa habenda secundum prædicta,  
passionis mysteria, quæ hic exhibentur,  
aduertere, iode amoris actus & propo-  
situm DEO diligenter seruiendi cruen-  
do.

Ad quod plurimum conducet nosse si-  
gnificationes omnium eorum, quæ in  
Missa sunt & dicuntur, quo sic exactius  
noscamus magna mysteria, iisque dele-  
ctemur, quæ ibi exhibentur: nullum e-  
nim est verbum vel cerimonia, quæ in se  
magnificius mysterij significationem  
non habeat, vt & vestes & ornamenta,  
quibus sacerdos Missam dicturus se in-  
duat, idem significant. Amictum dicunt  
sancti indicare velum, quo Iudæi Chri-  
sti Redemptoris nostri faciem obduxerunt,

dum illum in facie cædentes di-  
cebant: Prophetiza, quis se percussit:  
Albam aiunt indicare vestem il-  
lam albam, qua Herodes illum cum ex-  
ercitu eius ludibrio habens indutum ad  
Pilarum remisit.

Cingulum signat vel vincula & funes,  
quibus, dum caperetur, ligatus  
fuit, vel flagella, quibus iussu Pilati per-  
cussus fuit. Manipulus signat alia vin-  
cula & funes, quibus ad columnam li-  
gatus fuit, dum flagris concideretur.  
Qui brachio sinistro inseritur, quod  
cordi est vicinius, vt magnus ille amor  
indicaretur, quibus crudeles illos flagro-  
rum ictus pro peccatis nostris accepit,  
& amor, quos nos tanto amoris & be-  
neficio respondere fas est. Stola tertia  
vincula signat, & funem illum collo e-  
ius iniectum, dum crucem humeris  
ferret, & ad crucifigendum duceretur.

Casula significat purpuream vestem,  
qua induerunt eum ad illudendum &  
subsannandum, vel secundum alios, ve-  
stem illam inconstabilem, quam exuerunt,  
vt crucifigeretur.

Quod sacerdos sacrarium intret, vt  
his se vestibus induat, indicatur Chri-  
sti in mundum aduentus in sanctissim-  
um illud vteri virginei sacrarium, in  
quo se humanitatis nostræ vestibus  
induit, vt post sacrificium hoc in eru-  
ce offerret. Exeunte sacrarium sacer-  
dote canit Chorus Introitum Missæ,  
quo magna illa sanctorum Patrum de-  
sideria & suspiria, quibus Dei filij in-  
carnationem præstolabantur, indicantur:  
*Emitte agnum Domine dominato-*  
*rem terræ. Et vinam dirumperes calos, &*  
*Esai. 16. 1.*  
*Esai. 64. 1.*  
*Esai. 49. 1.* Reperitur Introitus, vt  
frequentes clamores & desideria, quæ  
sancti illi Patres habebant, vt Chri-  
stum carne nostra vestitum in mundo  
viderent.

Quod sacerdos vt peccator confes-  
sionem recitet, significat Christum o-  
mnia peccata nostra in se recepisse, vt  
pro iisdem faceret satis, voluisseque vt pec-

CAUOR

Missa car-  
monia quid  
significat.

185a.53.4.11

cator apparere & talis haberi, ut ait Propheta Elaias, ut nos sancti & iusti essemus. Kyrieleyson toties repetitum indicat magnam miseriam, cui ante Christi aduentum subiecti eramus. Longum foret per singula mysteria speciatim discurrere, suffecerit scire, nihil in Missa esse, quod mysteriis plenum non sit. Signa illa Crucis toties super hostiam & calicem à sacerdote exhibita signant multa & varia illa tormenta & dolores, quæ pro nobis Christus in Cruce passus est: & hostiæ & calicis post consecrationem eleuatio (præterquam quod fiat, ut populus adoret) significat Crucis in sublime eleuationem, ut ab omnibus eructifusus videretur. Quisque vni vel duobus mysteriis, quibus magis afficitur, poterit immorari, fructum in se sibi colligens, & conando tanto amoris & beneficii respondere: quod vtilius fuerit, quam per omnia mysteria diuagari. Quæ prima deuotio in Missa habenda est.

Secunda deuotio & modus Missam audiendi est magni ponderis, eique maxime proprius, & cum præcedenti capite innuimus. Ad cuius faciliorem intelligentiam duo ibi declarata præsupponenda. Prius, quod Missa non solum sit passionis Christi & illius sacrificij, quo ipse æterno Patri in cruce obtulit pro peccatis nostris, memoria & representatio, sed idem & sacrificium, quod tunc obtulit, & eiusdem valoris & efficaciar. Posterius, quod quamuis sacerdos loquatur, & suis manibus sacrificium hoc offerat, tamen quod & omnes adstantes cum illo offerant. Quibus præsuppositis, dico optimum Missam audiendi modum esse cum eo hoc sacrificium offerre & facere, quantum fieri potest, quod ipse facit. Existimantes nos ibi non conuenire solum ad Missam audiendam, sed sacrificium hoc cum sacerdote offerendum, quandoquidem id re ipsa verum sit. Hincque statutum est, ut sacerdotes voce clara & mediocriter elata omnia, quæ Missæ sunt, peragant, quæque expedit populum audire, ut deleatur & se præparet cum Sa-

Modus optimus audiendi sacri sacrificij cum sacerdote quoad fieri potest offerre.

cerdote ad idem offerendum, ea præparatione, quam Ecclesia tanto consensu & matura deliberatione necessariam esse iudicauit. Quicquid enim ibi dicitur & fit, ideo contingit, ut tam sacerdos, quam presentes se parent & disponant, & maiori cum deuotione & reuerentia summum hoc sacrificium offerant.

Quod ut melius & vtilius in actum deducamus, notandum tres esse Missæ partes principales. Quarum prima est Confessione ad offertorium, quæ tota est, ut populus præparetur, ad digne hoc sacrificium offerendum: primo Confessione & psalmodum versibus, antequam Sacerdos altare accedat: deinde Kyrieleyson, quæ præterquam (ut diximus) quod significant miseriam, in qua ante Christi aduentum eramus, & nobis indicant, quod illis, cui cum Deo agendum est, non id iustitia sed misericordia conficiendum esse statim sequitur: *Gloria in excelsis Deo*, quo Deo gloria adscribitur pro incarnatione & beneficii illius magnitudo agnoscitur. Et notandum sacerdotem dicere *Oremus* & non *Oro*, quod omnes cum illo orent, & ipse eorum nomine. Quoque hoc maiore cum vigore fiat, petitur ante S. Spiritus auxilium, sacerdos se ad populum vertente & dicente: *Dominus vobiscum*, & respondente populo: *Etenim spiritus tuus*. Epistola veteris Testamenti doctrinam signat, & illam S. Ioannis Baptistæ, quæ ut præparatio & catechismus Euangelicam doctrinam præcedebat. Graduale, quod post Epistolam recitatur, poenitentiam, quam populus prædicatione S. Ioannis Baptistæ faciebat, indicat. Alleluia, quod Graduale sequitur, animæ lætitiâ aperit, qua post peccatorum remissionem adeptam per poenitentiam exultat, Euangelium à Christo mundo annunciatam doctrinam significat. Imprimiq; sacerdos libro S. Crucis signum, quod Christum crucifixum nunciari oporteat, & postea fronti, ori & pectusdem signum imprimat, quod & populus imitatur: quo signo profiteamur nos Christum crucifixum in pectore gerere, & no-

Aris illum linguis & fronte aperta profes-  
sutos, & in hac nos professione victuros  
& morituros. Noua lumina ad legendum  
Euangelium incendantur, quod do-  
ctrina hac animas illuminet, & lux sit,  
quam Christus in terram detulit. *Lumen*  
*ad reuelationem gentium, & gloriam plebis*  
*suae Israel.* Erectis omnibus & stantibus  
Euangelium legitur, vt promptitudo obe-  
diendi & illud defendendi, dum sic opus  
est indicetur. Capite aperto auditur, vt re-  
uerentia verbo DEI debita declaretur.  
Statim subsequitur Credo, qui fructus  
ex Euangelio decerptus est, quod in eo  
præcipuos articulos & fidei mysteria ex-  
ponamus. Hæc prima Missæ pars est, quæ  
Catechumenorum Missa dicitur, huc vs-  
que enim licebat Catechumenis non-  
dum baptizatis Missæ interesse, vt & in-  
fidelibus tam Iudæis, quam gentilibus,  
vt DEI verbum audirent, & instruere-  
ntur.

Secunda Missæ pars ab Offertorio in-  
cipiens durat vsque ad Pater noster, seu o-  
ratione Dominicam, quæ sacrificii Missa  
dicitur, cui soli Christiani interesse pos-  
sunt. Hincq; solet Diaconus ex suggestu  
denunciare Catechumenis, vt exirent, &  
dici olim: *Ite Missa est,* nam iam Missa, id  
est, sacrificium incipit, cui vobis interes-  
senon licet. Hæc præcipua Missæ pars est,  
in qua fit consecratio, & consecratum  
offertur. Ideo Sacerdos silentium serua-  
re, & secreto orationes dicere incipit,  
quæ ab adstantibus non audiuntur, qua-  
si iam sacrificio viciniore. Vt instante pas-  
sione Euangelium dicit Christum in de-  
serum iuxta ciuitatem Ephraim seces-  
sisse, nec in publicum prodiisse. Sacerdos  
iam sacrificium oblaturus manus lauat,  
vt indicet munditiâ & puritatē, qua hoc  
sacrificium accedendum est: & se ad po-  
pulum conuertens petit, vt cum illo, o-  
ret, vt sacrificium hoc gratum & acce-  
ptum sit Deo. Et oratione secreto peracta  
silentium rursus interrumpit præfatione,  
qua sacerdos se & populum disponit ad  
hoc sanctum sacrificium, populum ex-  
hortans vt corda ad cælum leuet, & Deo

Rodriguez exercit. pars 2.

gratias agat, quod è cælo descenderit &  
carnem nostram adsumpserit, & pro no-  
bis mortuus sit: *Benedictus, qui venit in* *Match. 21.9.*  
*nomine Domini: Osanna in altissimis.* Quæ  
laudes illæ sunt, quibus Dominica Pal-  
marum Hierosolymis exceptus fuit. Et;  
*Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus*  
*Sabaoth,* quibus verbis æternum à cæli  
ciuibus laudatur, vt aiunt S. Iohannes in  
Apocalypsi & Esaias. Postea Missæ Ca-  
non incipitur, in quo ante omnia orat  
Deum Patrem Sacerdos, vt per vnigeni-  
tium filium sui, & Domini nostri Iesu Christi  
merita acceptum habeat hoc sacrificium  
pro Ecclesia, pro Summo Pontifice, pro  
Prælato, pro Rege. Et statim sub silentio  
pro aliis in particulari orat, offerens &  
pro iisdem sacrificium, peragens primum  
Memento, quod vocatur viuorum. Et  
præsertim offert hoc sacrificium pro præ-  
sentibus, dicit enim: *Et omnium circum-*  
*stantium.* Ideoque vtile est Missæ interes-  
se, qui enim intersunt magis donorum  
Dei particeps redduntur, vt qui Regis  
Mensæ adsunt, & vt illi, qui obuiam  
procedunt & excipiunt, dum ciuitatem  
ingreditur, vtque qui ad Crucis basin e-  
rant, S. Ioannes, sanctissima Virgo & Ma-  
ter Maria Magdalena, & bonus latro. Ru-  
pertus Abbas dicit Missæ adesse idem est,  
quod Christi Seruatoris nostri exequiis  
interesse. Statim Consecratio subsequi-  
tur, in qua consistit & offertur Missæ sa-  
crificium pro omnibus, quorum in si-  
lencio, seu Memento facta est men-  
tio.

Dico ergo optimam deuotionem, quæ  
quis in Missa habere potest, esse illis at-  
tendere, quæ à Sacerdote dicuntur &  
fiunt, quantum fieri potest, & illum imi-  
tari, vt personam, quæ magna pars ma-  
gni illius negotii est, quod ibi tractatur  
& celebratur. Sacerdote silentiū vel Me-  
mento viuorum faciendâ, expedierit &  
quemque idem facere, & similiter in Me-  
mento defunctorum. Pater N. Franciscus  
de Borgia hoc modo Memento peragebat:  
Præsupposita prædictâ consideratione, qd  
sacrificium hoc referat & idem sit, quod

m m pro

Apoc. 4. 8.  
Esai. 6. 3.

Rupertus  
Abbas.

P. Francisci  
de Borgia  
Memento.

P. Franciscus  
de Borgia  
Memento.

Cont. 2. 14.

pro nobis in Cruce oblatum est, Memento suū per quinque vulnera Christi diuidebat. In dextrā manus vulnere Deo summum Pōtificem, Cardinales, omnes Episcopos & prelatos, Clericos & Pastores & omnem statum Ecclesiasticum commendabat. In sinistra manus vulnere Deo Regem, omnes iudices & statuti secularis superiores commendabat. In vulnere dextri pedis omnes ordines & Religiones, & in particulari societate: In vulnere sinistri pedis omnes consanguineos, cognatos, amicos, benefactores, & omnes, qui se eius orationibus commendarant. Lateris vulnus sibi seruabat, in quod ipse confugiebat & se colligebat. *In foraminib. petra, in cauerna maceria.* Petens à Deo peccatorum remissionem & in necessitatibus & miserijs remedium. Talique modo hoc sacrificium offerebat pro omnibus his, & vnoquoque horum, quasi pro vno solo obtulisset. offerēdo in particulari pro illo vel illis, pro quibus ex obligatione vel deuotione Missam dicebat; ea voluntate vt ei tāta huius sacrificij pars applicaretur, quę illi debebatur, quodque nihil illi auferretur & alijs adderetur, quibus ipse applicabat. Eodem modo & defuncto, iam Memento peragebat, primum, sacrificium illud pro eo & ijs, pro quibus in particulari Missam celebrabat: secundum pro defunctis parentibus & cognatis: tertio pro defunctis Religionis: quarto pro amicis, benefactoribus, commendatis, & quibus aliquo modo obligatus erat: quinto pro illis, qui intercessores non habent, nec qui pro illis satisfaciunt & pro illis, qui sunt in grauissimis pœnis & maioripremuntur necessitate, & pro illis, qui eo peruenerūt, vt breui ignem purgatorium sint exituri, & pro illis, quibus maior charitas exhiberetur & maius Deo exhiberetur seruitium, vt pro illis offerretur. Hinc & nobis hoc vel alio modo faciendum vt cuius magis expedire videbitur. Et præsertim hoc nobis sacrificium offerendum ob tria, quę inter alia nos multum obligant & vndique quasi obsident. Primo in gratiarum actionem ob tantā à Dei muni-

fica manu recepta beneficia, tam generalia, quam specialia: Secundo in peccatorum satisfactionem & compensationem. Tertio ad remediū petendum nostris necessitatibus & fragilitatibus & nouas à Domino gratias impetrādas. Et valde expedit, quemlibet quotidie hoc sacrificium ob tria hæc offerre non solū pro se, sed & proximis, offerendo non solum ab accepta beneficia, sed & ob magnas gratias, quas fecit & quotidie omnibus hominibus facit, nec solum in suorum, sed & totius mūdi peccatorum satisfactionem & compensationem, & ad pro omnibus illis Deum Patrem placandum: neque solum ad auxilium in proprijs miserijs & necessitatibus, sed & totius Ecclesię implorandam. In quo quis se maxime conformat sacerdoti, qui idem facit. Præterquam enim quod charitas & animarum Zelus requirit vt quis non solum suam, sed & totius Ecclesię bonum curet; ideo & vtile pro omni eo pro quo Christus illud in cruce obrulit, sacrificium hoc offerri. Expedit etiam & nos ipsos simul cum Christo in sacrificium quotidie in Missa Deo Patri offerri ob easdem causas, nullo reseruato, quod ei non offeratur. Quamuis enim verum sit opera nostra ex se parui esse valoris, tamen Christi sanguine tincta, & eius meritis & passioni unita non possunt non magni esse valoris, & Deo valde placere.

S. Chrysostomus ait, horam, qua diuinum hoc sacrificium offertur, maxime opportunum esse, vt cum Deo agatur: & Angelos hanc suam formam oportunitatem arbitrari, vt gratias ab eo humano generi petant & tunc illos pro nobis clamare ad Deum, quod tempus tam accommodum sit. Hincque dicit cœlestes Angelorum, Cherubim & Seraphim Legiones ante Mæstatem cum maxima reuerentia genua flectere quodque statim sacrificio hoc oblato volent per cœlestes areas, vt purgatorij carceres aperiantur, & executioni mandetur, quod illic decretum est. Hinc decet & nos hanc commoditatem perma-

gni facere, & tam bonam occasionem arripere; & ad Sacrum ire, ibique magna cum fiducia hoc diuinum sacrificium offerre, vt eo mediante aeternum Patrem placemus, hoc enim debito peccatorum nostrorum satisfacimus, & noua, quæ petemus, dona & gratias impetramus.

Tertia deuotio præsertim est tertiæ Missæ partis, quæ incipit à Dominica oratione seu Pater noster ad finem vsque. In qua Sacerdos sumit sacrificium, & quæcunque post Communionem dicuntur orationes, sunt gratiarum actiones pro beneficio accepto. In qua & illi, qui Missæ interfunt, hic Sacerdoti se accommodabunt, quantum poterant. Non licet in quaq; Missa sacramentaliter communicare, sed bene spiritualiter. Sit ergo hæc tertia Missæ deuotio: quæ valde utilis & expediens est, vt communicante sacramentaliter Sacerdote, qui præsentem spiritualiter communicent, quod fiet si quis magno desiderio sanctissimum hoc Sacramentum recipendi teneatur, secundum illa S. Iob verba: *Si non dixerunt viri tabernaculi mei (id est boni Christiani & timorati) Quis det de carnis eius, & saturemur. Vt gulosus ad delicias & cupedias oculos retorquet; eodem modo & Dei seruo oculi ad diuinum hoc alimentum reflectendi sunt. Sacerdote os ad sumendum aperiente; ipsi & animæ os aperiendum magno desiderio diuinum hunc cibum sumendi, & saporem hic quaerendi. Sicque Deus desiderio cordis augmento gratiæ & charitatis satisfaciet, secundum quod per Prophetam promittit: Dilata os tuum, & implebo illud.*

Sed notat hic Concilium Tridentinū, vt desiderium hoc sanctissimum sacramentum recipiendi Communio sit, vt ex viua spe, charitate informata nascatur, necesse esse. Dicere vult, necesse esse, vt qui desiderium hoc habet, sit in charitate & Dei gratia, tunc enim Deo se vnians fructum hunc spiritualem consequitur. Nam in eo, qui in mortali est peccato,

desiderium hoc non esset spiritualis Communio; sed si in peccato mortali communicare desideraret, peccaret mortaliter, si idem desideraret, iam à peccato liberatus, quamuis bonum esset desiderium, non esset tamen spiritualis communio, quod enim in Dei gratia non sit, non potest eius fructum consequi. Sic vt necesse sit in Dei gratia esse, & tunc desiderium hoc habere. hocque est spiritualiter communicare. Ipso enim desiderio hoc sanctissimum sacramentum recipiendi gratiarum & bonorum spiritualium particeps redditur, quibus sacramentaliter comunicantes frui solent. Potest & accidere, vt qui spiritualiter communicat, maiorem allequatur gratiam, quam qui sacramentaliter, quamuis in statu gratiæ communicet. Quamuis enim verum sit sacramentalom communionem ex se maioris esse gratiæ & utilitatis, quam spiritualem quod sacramentum sit, & gratiæ prærogatiuam habeat ex opere operato, quod spiritualis non habet; tamen potest quis tanta deuotione, reuerentia & humilitate desiderare hoc sacramentum accipere, vt hic maiore consequatur gratiam, quàm ille, qui sacramentaliter accipit, sed sine tanta dispositione. Aliud præterea in spirituali hac est communione, quod quia secreta est, & ab aliis non videtur; nullū hic vanæ gloriæ periculum sit ab adstantibus, quod in sacramentali est, quod publica sit. Aliud præterea singulare habet priuilegium, quod sacramentalis nō habet, videlicet quod sæpius fieri potest: nā sacramentalis sit vel semel in hebdomate vel ad summū singulis diebus semel; spiritualis vero fieri potest nō tantum modo quotidie, sed & sæpius eodem die. Huicque multi laudandum hanc habent consuetudinem quod spiritualiter comunicent non solum dum sacrum audiunt, sed quoties sanctissimum sacramentum visitant, & aliis temporibus.

Et utilis modus ille spiritualiter comunicandi est, quo aliqui Dei serui vtuntur, quem hic ponemus, vt quicunq; valeat, eo uti possit. Dum Missam audis vel

Fructus communionis spiritualis.

Modus comunicandi spiritualiter.

mm 2 sanctif.

sanctissimum sacramentum visitas, vel quando quotiesque spiritualiter communicare voles, cor tuum affectibus & desiderijs hoc sanctissimum sacramentum recipiendi excita, & dicito: O qui haberes puritatem & munditiam illam, quæ necessaria est tanto hospiti excipiendi! O qui dignus foret te quotidie recipere, & semper in visceribus habere! O Domine, quam diues essem, si mereret te recipere, & domum meam deducere! quam felix mea esset conditio! Sed necesse non est Domine, vt ad me sacramentaliter venias, quo me dices: velis id solum Domine, & sufficere, Iube id Domine, & iustificatus ero. Et in huius testimonium die cum Centurione: *Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum, sed tantum dico verbo, & sanabitur anima mea* Si qui æneum serpentem adspiciebant, à vulneribus curabantur; eodem modo & sufficeret te viua fide adspicere, & te recipere ardenti desiderio concupiscere. Et vtile fuerit addere antiphonam: *o sacrum conuiuium. &c.* Et versum: *Panem de celo & cum oratione de sanctissimo sacramento.*

Math. 8. 8.

### CAP. XVI.

*De aliquibus exemplis ad Missæ deuotionem pertinentibus, quibus ad illam quotidie audiendam & dicendam excitemur, & de reuerentia in Missa necessaria.*

Pius 2. in sua Cosmographia, in descriptione Europa.

SVmmus Pontifex Pius secundus & Sabellicus referunt in Istria prouincia Dalmatiæ & Austriæ contermina fuisse deuotum nobilem virum, qui graui tentatione exagitabatur, vt sibi suspendio vitam eriperet, & subindè tam decreuerat id perficere. Hac tentatione exagitatus exponit eandem cuidam pio & docto viro Religioso, qui eo confirmato & consolato dixit vt apud se haberet Sacellanum, qui illi quotidie Missam diceret. Arrisit homini remedium, cum quo-

dam sacerdote conuenit, & secessit vterque in quoddam satis munitum castrum. In quo anno quiete ob sanctissimam hanc deuotionem peracto petit ab eo veniam Sacellanus, vt liceat ei ad festum quoddam celebrandum cum clerico sibi amico ad vicinum pagum proficisci. Annuit nobilis cū proposito eo eundi ad Missam audiendam, & festum celebrandum. Sed certas ob causas diutius moratus, circa meridiem castro suo exiit valde anxius, verensque ne Missam audire posset, & in veterem relaberetur tentationem. Hac sollicitudine motus obuium habuit Rusticum, qui ex pago hoc redibat, qui que diceret diuina officia peracta esse. Quo audito tanto dolore corripitur, vt sibi & sorti suæ male diceret, affirmans se perditum esse, quod illo die sacrum non audisset. Rusticus illi aiebat, ne se exciaret, se enim illi & Missam & quicquid ea apud Deum meritis esset, venditurum. Placet nobili conditio, & conuenit cum rustico, vt vestem, qua indutus erat, det, quod & fecit & bona voluntate vestem dedit; sicque discesserunt. Voluit tamen nobilis ad pagum, ire vt in templo orationem faceret; quod & fecit. Et paulo post domum rediens, & ad locum, in quo simonia commissæ erat, veniens videt rusticum se ex arbore quadam suspendisse, Deo id in peccati poenam permitte. Nobilis attonitus spectaculo Deo gratias de liberatione sua agit, & post in deuotione sua confirmatur, & tentationem non sensit, quamuis diu postea vixerit.

In Chronicis S. Francisci legitur de S. Elisabeth Regina Lusitaniæ cognata S. Elisabeth Regina Hungariæ; quod inter alias præclaras virtutes & hanc haberit, quod in pauperes & ægros valde misericors & condolens fuerit, & lubens illis succurreret: vt de illa dicatur, nunquam pauperem ad eam accessisse, quem non iuuerit. Imperauerat præterea eis; qui ab elemosynis illi erant, vt nemini elemosynam petenti negaret. Habebat Regina hæc pedisequum, seu à cubiculis,